

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deuocio e
cum uariis

Nescio quid incorporaliter et spiritualiter in nobis facit Deus quod nec sonus sit qui aurem percuciat, nec color qui oculis discernatur, nec odor qui naribus capiatur, nec sapor qui faucibus iudicetur, nec durum et molle quod tangendo senciatur. Et tamen aliquid est quod sentire facile est explicare non possibile.

Augustinus super Iohannem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

nescio] nescit B; quod] qui (*cor. in marg.*) M